



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

§. VI. Fiducia in Deum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

**PREU-
LUM SPI-
RITUA-
LA.**

Pl. 144.

Pl. 102.

**Mina
Dei lo-
quantur
perseve-
rantibus
in malo.
Rom. 2.**

**Non ab
orece-
dentibus.**

Rom. 8.

**3.
Deum ter-
ribili,
quo sen-**

ternos à nimia consideratione iusti iudicij Dei: Oportet eum indubitanter credere Scripturis sanctis quæ cælesti consolatione abundant. Et cuius animum non relevent suavissima verba Prophetæ dicentis: *Miserator & misericors Dominus, patiens, & multum misericors.* Quantum distat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras: quomodo miseretur Pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se? Metuat & pertimescat severitatem iudicij Dei, is qui, Deo neglecto, mandatisque eius spreto, permanet in iniquitatibus suis, seque corrigere non vult. Hunc planè beatus Paulus alloquitur, dum terribilibus verbis intonat & ait: *An divitias bonitatis Dei & patientiæ & longanimitatis contempnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impenitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis iusti iudicij Dei.* Sed idem Paulus eos qui à peccatis recedunt, & secundum spiritum vivere conantur, eximie consolatur, dicens: *Nihil damnationis est ijs qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Bonæ voluntatis homo nullo modo existimare debet Deum esse crudelem, cuius natura bonitas est, & cuius ipse benignitatem atque clementiam quotidie evidenter experitur.*

Nam quòd ille in Scripturis sanctis plerumque dicitur terribilis, & ira ac furor ei attribuitur;

hoc idèd fit, ut spirituales eius operationes & effectus iustitiæ illius significantur. Deus enim incommutabilis, nulli perturbationi obnoxius est: sed semper tranquillus in se manet, semper idem & uno modo est. Hinc in libro Sapientiæ scriptum est: *Tu*

§. VI. FIDUCIA IN DEVM.
Resiste constanter tentationi desperationis & diffidentiae. Fac quod in te est, ut magis ac magis proficias: non tamen confidas in tuo labore & conatu, sed in auxilio Domini Dei tui: nam qui in seipsis confidunt, deficiunt; cum homo nihil boni ex se facere possit.

§. VII. ORATIO.
Pete sedulo à Deo, ut mortificet in te, & auferat à te quidquid ipsi displicet: pete, ut efficiat te hominem secundum cor suum. Si enim fidem habueris, & perseveraveris in humili petitione atque oratione, impetrabis sine dubio id quod salutariæ conducit, juxta promissum Christi qui dixit, *Petite, & accipietis.* Itemque. *Quæcumq; petieritis in oratione credentes, accipietis.* Necessè omnino est, ut si non statim, certè congruo tempore obtineas orando ea quæ utilia sunt, & quæ certâ rectâque fiducia sperare potes te obtenturum. Si duo simul preces Domino funderent, quorum alter rem eiusmodi peteret quæ pænè videretur impossibilis, consideret ta-

*su in 326
erit libere
ris acci-
piendus?*

Sap. 12:

*In Dei
gratia
fidendū,
non in
suo cona-
tu.*

*1.
Orandum
est Deum
cum fi-
ducia, sine
hesita-
tione.*

*108. 16.
Mat. 21.*

